

res philosophi isti. An non certis quod hominē illis non obsequentiē infamia notat? iadura pecuniarū, & moris supplicio damnat? Summo opere. Quē igitur alium philosophum putas, aut quos alios priuatos sermones aduersari illis & resistere posse? Nullus certe orationē, inquit ille. Nullus sane. Quin & his renis, summa stulticia est. Neque enim fuit inquam, nec est, nec erit mos alius, humanus scilicet, ad virtutem institutus, præter istorū disciplinam, & amice. Nam diuinū quidē, iuxta prouerbiū sermonem excipiamus. Certo enim id scito, quifquis immaculatus & integer ex hac constitutione rerum publicarum euaserit, talem diuino auxilio euasisse. Haud aliter mihi videtur. Illud præterea tibi videri debet. Quidnam? Quisq; eorū qui priuatim accepta mercede homines erudiunt, quos quidem philosophas, & amulos artū appellant, nihil aliud docendum putant, quam multorum sententias in quibus consentiunt, quoties congregantur, atq; hanc sapientiam vocat: veluti si quis vasti cuiusdam animalis bruti, robusti admodum, & ab homine enutriti, iras & cupiditates singulas obseruauerit, quāue ratione adire hoc deceat, qua attrahere, itē quando vel ferocius est, vel mitius, & ex quibus causis tale fiat. Voces item quas quisq; ob quas causas solet exprimere. Quibus præterea vocibus aliorum afferatur id animal vel placatur. Postquam verò ob diuturnam consuetudinem percepit singula, peritiam humani modū, sapientiam efficit, & tanquā arte quadam collecta ad docēdum se conferat, reuera ignorans quæ potissimū harum opinionum cupiditatemq; honesta vel turpis, bona vel mala, iusta sit vel iniusta. Nominet verò singula ad ingentis bestie illius opinionem, bona videlicet quibus delectatur ipsa, mala quibus offenditur: nec aliam necessariam iustam nunc cupet & honesta: quo verò boni ipsius necessariū natura differat, neq; ipse perpexerit in quā, neque alius offendere possit. Siquis, in quā, ita affectus sit, nōne per locū absurdus præceptor esse tibi videbitur? Mihi verò. An differre tibi ab hoc ille videtur, qui multorū variorūq; hominū in vauum conuentiū itam & voluptates callere, sapientia esse dicit, siue in pictura, siue in musica, siue in administrandā reipublicā disciplina? Paret enim quod si quis cum his versetur, eisq; ostendat, vel poetis, vel alterius artis opus, vel ad rempub. artineis ministrum, exhibeatq; vulgo iudicandi operis auctoritatem, ultra necessaria, Diomedea, vt aiunt necessitate cogetur ea facere quæ isti probauerint. Quod verò bona hæc reuera atq; honesta sunt, an audisti quandoq; ipsorū aliquem rationē non ridiculā assignantem? Nec audiui quidem inquam: nec, vt arbitor audiam. Hæc igitur animo fingēs omnia, recordare & illud. Num potest vulgus, vel alio dicente admittere, vel ex se attingere ipsam per se pulchram, nō autē multa hæc pulchra, & de cæteris eodē modo, nō quidē esse singula hæc quæ patent multa, sed ipsam vnam cuiusq; naturā? Mimimē. Philosophus ergo vulgus esse non potest. Non quinetiā necesse est ab eo philosophantes vituperari. Necesse. Et a quibusque populo placere volētibus. Paret. Ex his ergo quæ rationē seruandi ingenij philosophici vides, vt suo in studio perseueras, ad finē philosophiā deueniat? Sic autē ex his quæ dicta sunt, cogita. Concessum est, discende acumē, memoriā, fortitudinem, magnificentiā ad hoc ingenij pertinere. Pla-

nē. Nōne statim apud omnes talis in cunctis primus erit, præsertim si corpus natura nactus sit animo conforme? Nihil prohibet. Volent igitur & domesticos omnes, & ciues ad sua negotia peragenda hoc vti cum adoleuerit. Sic certē. Quare precibus, supplicationibus, honoribus, blādimētis præoccupabunt futuram ipsius virtutē atq; potentia. Ita fieri solet. Quid hominē talem a ciuitatis tunc effecturum? præsertim si ampla in ciuitate natus sit, & in ea diuini insignis ac genere, honesta præterea forma sit atq; procerus. Nōne immēsa spe elatum ita hunc censes? putantē se ad res tam Græcorū quam Barbarorū gerendas sufficere. Vnde & seipsum extollere, fastidioso habitu lasciuietem, inaniq; fastu, & insana inflatū superbia. Vchementer. Si quis hominem sic affectum amicē moneat dicens, mētem ipsam nequaquam habere, egeret tamēdem eam à nullo comparari posse, nisi se eius adeptus subiciat, an facile illum tantis occupatū malis, præstare monētū aures putas? Longe abest. Sin autem bonitate natura, & innato quodā erga rationes affectu inductus, aliquis auferat se à turq; & ad philosophiam trahatur, quid eos facturos existimamus, qui putant monitoris illius vti & consuetudine adolefcentē corrumpi? Nōne & loquēdū, & agēdū omni studio certaturos, vt nec adolefcentis monitoris pareat, nec exhortator ille aliquid persuadeat, eum tam priuatis in iudiis, quam publicis accusationibus insequentes? Valde necessarium est. Restabit ergo huic vlla ad philosophandū facultas? Exigua planē. Videlicet haud ab re nos supra dixisse, philosophicæ naturæ partes, si peruersa adhibita sit educatio, causas esse quodammodo, vt quis ab studio auertatur: quinetiam impedimento esse ea quæ vulgo bona putantur, diuitias scilicet, & omnē huiusmodi supellectilem? Reddē nimirū est dictū. Hic est, o paterice vir, interitus & corruptio talis ac tanta natura ipsius ad excellens officium optime, quæ quidē rara admodū, vt diximus, reperitur. Atq; huius ingenij sunt hi viri qui nefaria scelera patiunt, & priuati, & publici: atq; itē qui sunt & priuati, & ciuitatis bonorū ingenij autores. Exile verò ingenij nihil in quā vel priuatū, vel publicē magnum efficit. Vera nimirū loquens. Cum pleriq; ad philosophandū natura idonei ab hoc studio detorquentur, philosophiamq; imperfectam & desolatā delitunt, vitam neq; decentē, neq; verā ducunt: philosophiam verò tanquam cognatis orbatam, alij quidem ea certē indigni aggredientes, dedecorant ipsam nimium, eaq; afficiunt infamia, qua notari ipsam à detractoribus illis cōmemorabas, obiectantibus quod eorū qui philosophicæ dant operā quidā nullius precij, multi verò multis malis digni sunt. Dicta certē hæc sunt. Ac merito dicta. Cōspicentes profectō alij pleriq; hominū sedē hanc vacuam quidem, præclaris tamen cognōmētis dignitateq; illustrem, instar eorū qui ex carcere ad templa confugiūt, libenter ex artibus ad philosophiam profiliunt, quicunque præsertim in arte sua excellunt. Nam philosophia quamquam ita se habet, artibus tamen cæteris dignitate & magnificentia præstat quam affectant pleriq;, natura quidē imperfecta, & artibus opificisq; sicuti corpora læsi, sic & animos mechanicis ministris deprēsi atq; cōstrati. Nōne necessarium est? Maximē. An censes eos affectū quicquā differre à fabro ærario, diuite, paruo, caluōque, qui ē vinculis exiit, in balneisque se lauit.

noua

noua se velle tanquam sponsum ornauit, & filiam domini sui inopia pressit, nec alium cui daret haberetis, vxorem ducturo. Haud longē differre existimo. Qualem ex his prolem nasci putandum est? nōne noniam scilicet & abiectam? Necesse est omnino. Homines autē disciplina indignos, quoties ipsi præter dignitatē ad hæret, quales cogitationes opinioneq; producere dicimus? nōne, vt nominari decet, sophismata: nihilq; legitimum, nihil dignū, nihil prudentiæ veræ conueniens? Sic omnino dicendum. Itaq; pauci admodum restant homines, Adimāte, qui dignē in philosophia versentur: hiq; sunt qui bona indole nati, ac bene enutriti, vel exilio oppressi otium ad philosophiam, nanciscuntur, vnde ob corruptum inopia, natura duce suis in studiis perseuerant: vel quum magnificus quidam animus angusta in vrbe natū, spretis reipublicæ ipsius muneribus, ac multo magis contemptis reliquarum artium opificijs, pro naturæ dotibus, ad philosophandum se conferat. Foret autem & Theagis familiaris nostri frenum ad colibedum facis validum. Theages enim nosse ita est comparatus, vt à philosophando excludatur. Corporis verò debilitas ipsū à rebus ciuilibus prohibens, cōtinet. Demonis autē nostri signum referre nūc nō decet. Vel enim cuiā alteri duntaxat, vel nulli superiorū contigit. Horū verò paucorū quicunque gustant & gustauerunt quā dulcis hæc sit ac beata possessio, & insaniam plurimorum perspicunt, quia videlicet nullus, vt breuiter ita simpliciterq; dicā, redē quicquam in rebus publicis agit, neq; focus aliquis, & adiutor reperitur, qui cum defendendæ iustitiæ curam suscipiens aliquis colpes euadat, sed tanquā homo in bestias incidēs, cum nec vna iniuste agere velit, nec solus ipse omnibus feris posse resistere, antē pereat, quā quicquam vel ciuitatem, vel amicos tuet, atque ita & sibi & alijs sit inutilis: Hæc, inquam, omnia quicunque diligentes animaduertūt, quietem agunt, & sua duntaxat curant: ac velut in procella, dum & turbo agitur, & venti perflant, & offunditur puluere cæli, intra parietes tuti permanēt, aliōque intuitu nequitia inuolutos, fatis habicuros se putant, si puri ipsi ab iniustitia & iniquis facinoribus vixerint, & exactis vitæ curriculum bonam spe hilares pique decesserint. Haud parua certē is egerit, qui ita vitā transigit. Neque maxima tamen, cum nactus non fuerit cōuenientē sibi rempublicam. Nempe in ea & ipse proficiet, augeteq; magis, & priuata simul publicāque seruabit. Hactenus quam ob causam philosophia calumniā subiit, quod vni iusta ac calumnia sit fati dictū arbitror, nisi aliud ipse forsā adieceris. Nihil ad hæc ego præterea dicere. Sed earum quæ nunc extant reipublicarum quā potissimum philosophis conuenire putas? Nullam profus, atque idcirco cōquor, quia nullā video ex his quæ nunc extant rerum publicarum institutionem ingenio philosophi dignā. Quāobrem mutari hanc naturā ac verti necesse est. Vtq; peregrinum semē in alienum solum iactū debilitat, ac degenerans ad indigenam vertitur loci feminisq; naturam, ita & hoc genus, propria nunc amissa virtute, in alienam speciem permutatur. Sin autem optimam rempublicam nanciscatur, sicut & ipsam est optimum, tunc demū diuinū quiddā se esse, reliqua verò humana omnia, tam ingenia, quā studia declarabit. Videris autem mihi statim quānam ista respublica sit, quæ iustior. Haud redē præfati-

sti. Non enim hoc abste deiderabam, sed nunquid hæc ipsa sit quam in condenda ciuitate induximus, an alia? Quo ad alia quidem inquam ego, hæc ipsa. hoc autem tunc etiam dictum est, oportere aliquid inesse semper in ciuitate, quod rationem reipublicæ eandem habeat, quam & tu presensator habebas, dum leges cōderes. Dictum planē. Non fatius tamen explicatū. Quippe nos oratio vestra deterruit, obiectans prolixam hæc & arduam demonstrationem fore. Nam quod sequitur, haud dictū facile est omnino. Quid istud? Qua potissimum ratione ciuitas philosophiam suscipere debeat, ad eam non perdat. Nam magna quilibet fallacia esse solet, & vt verè prouerbio fertur, præclara difficilia sunt. Verum tamen quum illud inter nos conserit, finē iam accipiat demonstratio. Facultas fortē decrit mihi, volūtas certē nunquā. Tu verò presensator meū intelliges. Aduerte etiā nunc quā proutē & in te ipse sim dicturus, quod contra ac nunc sit, citare oporteat studium hoc attingere. Quonā pacto? Equidem hoc tempore adolefcentuli, quum statim à teneris annis inter rei familiaris quæstuarieq; negotia difficillimum huius studij partem aggrediantur, paulo post discedūt, magnos philosophos se esse existimantes. Difficillimum verò partem, inquam peritiam differendā. Deinde verò si ab illis id agentibus acciti, ad auctores fieri patientur, magnū quid cogitant, exequendumque obiter putant. In senectute verò exceptis paucis, multo magis quā sol Heraclitus extinguunt, quum nūquam iterū accendatur. Quid ergo agendum? Cōtra omnino. Nam iuuenes ac pueros pueritē disciplinam philosophicāque tractare cōuenit, corporumque, quatenus adolefcenti firmiterq; ad philosophiam inuoluitur, eam rā agere: proterea verò arte, in qua anima iam perfici incipit, exercitationes augere. Cū autē vitæ ex vetustate decesserint, tunc à ciuilibus militariūque laboribus liberi tanquā emeriti & immunes ad vitā viuam, nulloque certo officio fieri astricti quocunque felicitati victuri sunt, & post migrationem animæ, sortem susceperit antea dictæ vitæ cōuenientē. Proutē admodū reuera loqui mihi videbitis, o Socrates. Arbitror tamē plurimos quos hæc audiverint, proutēus quoque repugnatos abs te minime persuasos. Et in primis Thrasymachum id adurum existimo. Nemo tamen inquam, inter me & Thrasymachum benevolentē invidios. Nā nuper amici effecti sumus, nec eramus antea inimici. Neque verò antē desistimus, quā huius & alius persuadimus, vel salē agamus cōferēs aliquid ad eam vitā, in quam quis pervenerint, hæc dicta reperient. Breue ad tēpus dixisti. Imò verò ad nulli, si ad vniuersam id conferatur. Quod autē nulli his quæ dicta sunt, demū non præsent, nihil mirum. Nunquā enim quod modo dictum est, euensisse viderunt, sed talia quodam verba potius de industria in similitudinem quandam cōposita, non casu, vt nunc cōcurrentia. Virū autem quod fieri potest virtute perfectum, ac summopere factis & diuitis tali quadam in ciuitate poterit, nunquam aut vnum, aut plures in tui sunt. An putas? Nullo modo. Neque vnquā, o beate, sermonibus nostris adhiberūt honestis gratiæ quibus obnoxii, & omni studio noscendū libere verum inquirunt. Hæc autem plena veritatis, & contentiōis, nihil aliud appetentia quam opinionem, & contentiōem, tā in iudicijs quam priuatis colloquijs, à longē salutaris ac amplectendum. Non

M 3 certē

certe. Quamobrem cum hæc ipsi prævideremus, me-
tueremusque veritate coacti diximus, neque civita-
tem ullam, neque republicam, neque viri perfecti
fore prius quam paucis hæc philosophis, qui nec
mali, nec inutiles sunt, ut vulgo existimatur, neces-
sitas quædam sorte contingeret, ut seu velint, seu no-
lint, civitatis curam suscipiant, vel a civibus exau-
diantur, vel saltem horum inspiratione, veræ philosophiæ
veros amores in hæret. Quod autem horum vel alterum,
vel utraq; impossibilia sint, demonstrari non posse ar-
bitror. Alioquin iure ipsi irideremur, quasi res pro
animi voto effingentes. An non ita? Ita profus. Si
quando igitur olim infinito tempore antea cto, vi-
ri in philosophia præfates necessitate impulsi rem-
publicam gubernarunt, vel hisce temporibus res-
publica barbarica quadam in regione à nostro cõspe-
ctu remotissima, vel in futurum administrabunt,
in hoc certe rerum statu proculdubio asseueramus
rempublicam supra descriptam, fuisse, esse, ac fore,
quando civitati hæc Misa præsit. Fieri certe id po-
teli, neque nos impossibilia fingimus. Difficilia ta-
men hæc esse à nobis quoque cõcessa fuerunt. Mihi
quoque ita videtur. Ad des forsan, vulgo id non vi-
deri. Fortasse. Ne visque adeo vulgus culpes, o vir
beate. Verum quid eos opinaturos existimas, si non
contentionis studio, sed amicis monitis, dissoluta
philosophiæ aduersa calumnia, ostendas quos po-
tissimum viros appellas ipsorum & studium, ne te
distinguebas, & ingenium ipsorum & studium, ne te
distinguerent eos dicere, quos ipsi cogitant, vel si ita cõ-
ceperint, falli eos opinione dixeris, nec ad propo-
sita responderent censens, inquam, aduersus me vitium
irritari aliquem? aut hominem sine invidia &
malignitate, viro non inuidioso invidere? E quid pro
te respondeo, non in multitudine hominum, sed in
paucis admodum, adeo immitem inesse naturam.
Idem & ipse cogito. An & hoc cogitas? Causam
ob quam multitudo philosophiam iniquo animo
fert, eos esse qui cum inepti ad philosophiam sint, eam
professi homines, cõstitis passim laceflunt, & quasi
inimicitias delectantur, semper de hominibus oblo-
quuntur, rem agentes philosophiæ minimè congruã.
Omnino. Neque enim viro illi, o Adimante, qui
omnem mentis aciem ad ea quæ verè sunt, direxit,
otium superest, quo negotia hominum inferiora re-
spiciat, eumque illis pugnas, invidiam sibi & male-
volentiam conseret. Sed ea quæ semper eundem ser-
uant ordinem contemplatur, quæ neque inferunt in-
vicem, neque patiuntur iniuriam, omnia verò or-
natè, & secundum rationem disposita sunt. Atque
hæc imitatur, seq; his quam similitudinem reddat. An pu-
tas fieri posse, ut illud non imitetur aliquis, cui cum
amore admirabilis adhaeret? Nullo modo. Quare
quum philosophus diuino atque decoro quoad homini
possibile est, efficitur. Calumnia verò in omnibus
multa. Sic est omnino. Si ergo necessitas aliqua in-
ducatur, ut ea quæ illic inuenerit ad mores hominum
privatum & publicè transferat, neque se fatum, sed
& alios foret, nunquid incertè temptantur, ius-
titiaq; & vniuersæ popularis virtutis opificè fore
ipsum existimas? Minimè. Si sentiat vulgus vera
nos de hoc perhibere, an philosophis succensebit
nobisque non credet dicentibus, non aliter civitati
fore beatam, quam si eam qui diuino vtetur exem-
plo pictores formet? Nequaquam succensebit, in-

quit, si senserit. Verum quem pingendi modum di-
cis? Cum pictores hi, inquam, civitatem, & mores
hominum quasi tabulam quandam acceperint, in pri-
mis eam purgabant, quod nequaquam facile est. An
nescis hoc præcipue ab aliis philosophis discrepa-
re, quod neque priuatum, neque civitatem tange-
re, neque leges cõdere tenent, antequam vel hæc pur-
gata susceperint, vel ipsi purgauerint? Et rectè qui-
dè. An non describere eos post hæc putas rempublicæ
formam? Quidnis? Deinde ageres hæc, ut arbitror, ad
utraq; frequenter respiciet, ad illud scilicet quod na-
tura iustè, honestum & temperatè existit, ceteraq;
huiusmodi, atque iterum ad humana: & ad superioris
illius exemplar humana contempèrat, ad figuram
eius quod Homerus quoque cum in hominibus sit,
Dei speciem et imaginè similitudinèq; appellat.
Sic è. Partim ergo debent philosophi, partim ræ-
sus depingent, quousq; humanos mores quam ma-
ximè fieri potest, Dei amantes effecerint. Pulcherrima,
inquit, nimirum hæc est pictura. An perfer-
demus illis, inquam, quos inuelli in nos dicebas, ta-
lem esse rerum publicarum pictorem, eum, virum
quem supra apud eos laudauimus, propter quem
illi indignati sunt quod huic civitatem gubernan-
dam committeremus, nunc verò æquon animo hoc
audiunt? Et maximè quidem, si sapunt. Quia nunc in
parte nobis aduerfabuntur? Verum eorum quæ ve-
rè sunt, veritatè quæ ipsius amatores non esse philo-
sophos asserent. Absurdè quidè id est. An fore ne-
gabunt naturam philosophorum quam narrauimus,
optimi ipsius esse familiarem? Neque hoc quidem.
Quid verò? hæc congruis instruat officis, abso-
lute bonam fore, ac præ ceteris sapientia magis, proxi-
mam reuente: vel eos probabant magis, quos ipse
fecerimus? Nequaquam. An succensebunt adhuc
dicentibus nobis, quod nisi philosophorum genus
civitatis suscipiat gubernacula, nec civitati, nec ci-
uibus erit requies vlla sineque malorum: nec res-
publica quam oratione describitur, in lucem expo-
nietur? Fortè minus. Visne igitur, inquam, dicamus
eos non parum, sed profus mites per persuasos fuisse
se? ne forte erubescerent aliqui aliud confitean-
tur. Absque dubio. Hoc igitur isti persuasiam sunt.
De hoc autem quis ambiget, quin regum poten-
tiamque virorum filij philosophi nasci non sint?
Nemo. Posset autem quis adicere, quod etiã si ta-
les nascantur, iniquari eos necesse sit. Quod enim
seruari arduum sit, nos quoque concedimus. Quis
autem illud in super addet, in omni tempore ex om-
nibus hominibus ne vnum quidem inquam ser-
uatum fuisse. Nullus hoc dixerit. At verò vnus na-
tura sic institutus, civitatemq; nactus obedientem,
sufficiens est ad hæc omnia perficienda, quæ nunc
fidem non habent. Sufficiens vtique. Pono, si prin-
ceps aliquis leges & officia, quæ narrauimus man-
det, haud impossibile est eius his obsequi velle. Non
certè. Atqui sentire & alios eadem, quæ & ipsi sen-
timus, num mirum, aut impossibile est? Non, vt ar-
bitror. Quod autem optima hæc sint, siquidem pos-
sibilia, satis supra est, vt arbitror, disputatum. Satis
quare ex his quæ dicta sunt sequitur, vt optima fu-
tura sint, quæ delegibus ferendis prædiximus, si ag-
gantur: difficulta item factu, non tamen impossi-
bilia. Sequitur planè. Postquam vix tandem finem
his imposuimus, ad reliqua iam pergendum, qua
ratione videlicet, quibusvè disciplinis & studiis in-

struati erunt huius nostræ reipublicæ seruatores, &
qua in arte linguli singula exercebunt. De his cer-
tè iam dicendum. Haud quaquam sapienter a me ad-
dum est, cum in superioribus reliquerim matrimo-
niorum difficultatem atq; molestiam, filiorumq; pro-
creationem, & constitutionem principum, noscebam
enim quam inuidiosa res esset, factiq; difficilis, vel
omnino vera. Nunc autem nihilominus transigere
hæc cogimur: atque ea quidem quæ ad mulieres ac
filios pertinent, iam peregrinus: quæ verò ad prin-
cipes, tanquam à principio rursus percurrenda vi-
dentur. Diximus autem, si memoria tenes, amato-
res eos civitatis esse oportere, in voluptatibus do-
loribusq; probatos, atq; ex hoc dogmate, neq; labo-
ribus, neq; metu periculorum, neq; mutatione aliã
dimoueri. Eū verò qui hoc nequeat, abdicare opor-
tete: at illi qui passim nequeat & incorruptus ead-
em tanquã aurum in ignis examine comprobatur
gubernatæ civitati præficere, muneribusq; ornare
& viuente & mortuã. Præmia verò talia sint qua-
lia committere dicta sunt, breuiter hoc percurrere
& quasi reuertente sermone quippe cum res vt
nunc sunt, mouere timeremus. Vera loqueris memi-
ni enim. Verebar enim, o amice, quæ ausus sum di-
cere. Nos verò in præsentia id asserere audeamus,
quod custodes diligentissimi optam esse debet phi-
losophi. Rati id habetur. An aduertere quam pau-
ci tales erūt. Illis si quidè nature partes quam inesse
illis oportere diximus, vna raro concurrunt, & vt
plurimum disunctè nascuntur. Quo pacto id ais?
An ignoras quod idè hominès, doctiles, memores,
ingeniosi, acuti, iisq; rebus præditi, quæ inde oriuntur
non sunt, ac etiã fortis, atq; magnanimi, vt modera-
tè, tranquillè, constantè viuat? Tales siquidem viri
acuminis ipsius ferore quo cunq; contigerit profes-
suntur, stabilitatis omnis & grauitatis expertes. Ve-
ra loqueris. Habitum autem ipsi animorum stables,
& a leuitate penitus alieni, quorum in grauitate ma-
ximè confidendum, vt pote qui in bello intrepidi
sunt, vt in his immobiles sunt, ita ad disciplinas tar-
diores & hebetes. Torpent siquidem atq; otiosant,
quoties eis est contemplationi inuigilandum. Est vt
dicis. Nos autem in superioribus principè oportere
diximus, vt rorūque optima ratione participem esse.
Alioquin non esse illi supremã disciplinã exhibendã,
neque honores magistratūq; impertiendos. Rectè.
Nõnne rarò hoc euerum existimas? Rarò admo-
dum. Examinare igitur futuri principis oportet in-
genium in his quæ supra diximus, laboribus, timori-
bus, voluptatibus. Ad idem præterea, quod rã præ-
termissum, oportere videlicet, illud in disciplinis
plurimis exercere, vt pateat nũquid maximè ipsius
doctrinæ percipiendæ sit cõpos, an deficiat potius,
quem admodum qui in aliis operibus trepidat, atque
deficiat. Ita certè inuestigare decet, verum quã ma-
ximã doctrinã vocas? Meministi puro, cum tres in
anima species posuissimus, quid iustitia esset tem-
perata, fortitudo sapientia, nos definites inuicem
conuensus? Si non recordarer, haud dignus essem
qui reliqua abs te audire. An & illud memoria te-
nes quod ante hæc dictum fuit? Quidnam? Dixi-
mus certè ampliori quodam alio orationis circui-
tu, exactus ea posse cognosce, verum commodius
esse vt demonstrationes superioribus magis con-
sentaneas induceremus. Quod & vos sufficere re-
spondistis. Atque ita tunc ea pingui Minerua, vt
mili visum est, tractata sunt. Sin autè placeat vobis,

ipsi hoc dicite. At satis mediocritatè quæ dicta & mihi,
& aliis est visum. Sed in his rebus, o amice, modus
quamcunq; veritatis partem omiserit, non admodum
moderatè sit. Nihil enim imperfectè vilius est men-
sura: quãquã non nullis quãdãq; videatur sufficienter
statum esse tractat, neq; longiori inquisitione opus
esse. Permultis id propter seccordia accidit. Vtium
hoc à cultu de civitatè & legum esse debet aruissim-
um. Consentaneum. Ergo amplior quidè o amice,
huic agendum circuitus, neq; breuiter dicendo quã
exercitatio impendenda est operatio quin, vt pau-
lo ante diximus, ad summè penitus vtq; necessariæ do-
ctrinæ finem nunquam perueniet. An hæc maxima
inquit, non sunt? Estque aliud in super iustitia, & ceteris
quæ narrauimus excellens? Nempe præstantissimam
inquam, & horum quidè ipsorum nequaquam de-
bet adumbratione quandam qualem nunq; capere,
sed absolutè rationem cõprehendere. An nõ ridicu-
lum id est, in rebus minimis omne studium ponere,
& obnixè contendere, quò quam diligentissimè, &
syncretissimè peragantur, in maximis autem leuem
operam satis esse putare? Ridiculi profus. At enim
puras aliquid quieturum, nisi abs te nunc exquirat,
quenam disciplina illa sit, quam maximam vocas, &
circa quid vertetur? Non equidem inquam: sed & ip-
se interroga, quanquã sapienter te arbitror ausi-
diuise. Nunc autem vel non aduertis, vel potius in-
terturbare metus scrupulis cogitas. Hoc autè ego
potius arbitror, Nam sepe audiui boni ideam esse
maximam disciplinam. Quã quidem & iusta & alia
si vrantur, vilia, & conducibilia sunt. Atq; hoc fer-
mè dicere me velle scito, & istud præterea, quod i-
psam nõ sufficienter agnoscuimus. Sin verò ipsam ne-
scimus, & sine ipsa alia quam maximè nouerimus,
scito nullam esse aliam nobis vtilitatem fore: scit neq;
prodesse nobis quicquam, quod sine bono posside-
remus. An manus quid esse potius, sine possessione bo-
ni alia omnia possidere, quam sine boni ipsius & pul-
chri intelligentia, cetera intelligere? Non certè. Plu-
ribus verò bonum voluptas videtur, elegantioribus
sapientia. Proculdubio. Quinetiã & hoc nosti, quod
qui sapientiam bonum existimant, si interrogentur,
quenam potissimum sapientia, declarare nequeunt
sed coguntur tandem boni sapientiam dicere. Quam
ridicula responsio? Cur non ridicula videatur, si cum
nos vituperent quod ignoremus bonum, de bo-
no rursus nobiscum tanquam intelligentibus illud
loquantur? Auiunt enim bonum esse, sapientiam bo-
ni, quasi nouerimus quid ipsi dicant, cum boni no-
men pronunciant. Vera loqueris. Qui verò bonū vo-
luptatem esse definiunt, nunquid minus erit quã
ceteri? Nõnne & isti coguntur faceri voluptates esse
esse malas? Valde. Eadè igitur & mala fieri coguntur.
An non? Planè. Nõnne constat pluri-
mas circa hoc, & maximas ambiguitates cõsurgere?
Constat. Hõnne & hoc perspicuum quod quæ iusta, &
honestè videtur, etiã si non sunt, multi præpropterea
agere, possidereq; & videri hominibus hæc habere:
nemo autè satis libere se putat, si quæ bona dunta-
taxat videntur possidere, sed quæ te vera bona sint om-
nes quaerunt, opinionè verò in his quib; contenti
sunt? Et maximè quidem. Bonum quidem anima om-
nis expectat, eiusq; gratia agit omnia, augurans esse a-
liquid: dubitat tamen, neque sufficere quid sit con-
prehendere potest, neque tam certum & exploratū
tūm habet quã cetera, atq; idcirco & in aliis falli-
tur, cum quid vtilè sit, iudicare pergit.

cum tale sit ac tantum, similiter cecus esse debere dicemus illos quoque prestantissimos in civitate viros, quibus universa committimus. Minime omnium. Reor equidem eum custodem, qui iusta & honesta possidet, ignoret autem quia ratione bona sint, haud multi faciendum esse, si quidem par est eum qui hoc ignoret, ipsa cognoscere. Auguror autem neminem ipsa quam bonum sufficienter cogniturum. Scitè augurans. Perfectè igitur disposita nobis erit respublica si custos horum peritus eam reget. Ita necesse est. Verum tu dicitur Socrates, verum bonum ipsum dicit esse scientiam vel voluptatem, vel aliquid aliud præter hæc? Tu ego, sanè inquam, vir probus es: & iam diu comperit habeo tibi non satis fore, id quod alius, de ipsis videtur. Haud decere mihi videtur, dicitur Socrates opinionem aliorum referre posse, suam verò, nequaquam, hominem præsertim tandiu in his versatum. An decere putas, ve de his quæ quis ignorat, quasi scis loquatur? Nullo modo quasi scis, sed ut quasi ex opinione proferes quæ sentit. Quid inquam. An necis opinionem omnes absque scientia turpes esse, quarum quæ optima, cæcæ sunt? an eos qui absque intelligentia verum aliquid opinantur, differre ab illis existimas, qui licet cæci sint, recto tamen tramite gradiuntur? Nihil. Vis ergo turpia cetera pluri cæcæque, & obliqua, cum liceat ex alius peripateticorum pulchra quæ dicitur? Age per Iovem Socrates, inquit Glauco, ne desistas, cum ad calcem ferè peruenis. Sufficiet enim nobis, si quædam modum de iustitia temperantiaque, & aliis tractaveris, ita quoque de bono tractaveris. Mihi quoque, o amice, valde sufficit. At vereor ne vires deficiant, atque ego supra vires ausus, inceptor appaream, nisi umque audientibus moveam. Ceterum, o viri felices, quid ipsum bonum sit in præsentia dimittamus. Est enim, ut mihi videtur præsentem supra contemplationem. Quis autem apparet boni ipsius filius, quisque similitudo ei sit, si vobis placet, dicitur fin minus, dimitte. Dic age: patrem verò postea declarabis. Vellem equidem, ut et ipse explicare possem, & vos percipere, non solum ut nunc prolem. Hunc ergo ad præsentem partem boni ipsius, filiumque accipite. Caveat tamen ne incensus ipse vos decipiam, vanam reddens de filio rationem. Cauebimus id pro viribus. Dic modum. Dicam equidem, si prius repetamus inuicem confirmemurque, quæ supra memorata sunt, & aliis sæpe numero dicta. Quænam? Multa quidem pulchra, & multa bona, & singula similiter esse dicimus, & oratione distinguimus. Dicimus profecto. At qui & ipsum pulchrum, & ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus, quæ ut plura ponebamus, unum rursus ponimus secundum ideam unam cuiusque tanquam una sit, & quod unum quodque est appellamus. Vera hæc sunt. Et hæc quidem videri dicimus, non autem intelligi: ideas autem intelligi, non videri. Sic est omnino. Quia potentia & multis quas habemus, quæ patent oculis cernimus. Visu. Nonne & auditu quæ audiuntur, & aliis sensibus omnia quæ sentiuntur? Quidni? Nunquid animadvertisti quàm perfectam sensuum auctor vim fabricaverit ad id quod videre, & id quod videri dicimus? Non satis. Sic autem considera. Estne auditu atque vocalio genere opus, ad hoc ut ille quidem audiat, hæc audiatur? Quo tertio absente, ille non audiet, ista non audietur. Nequaquam. Arbitror equidem, neque aliis multis, ne dicam nulli, tali quodam opus esse. An tu talem aliquam vim potes dicere? Minime. An non aduersus visum ipsius, & eius quod visum subiacet vim, tali aliquo indigere? Quo

parto? Præsentem oculis visum, ipsique ad spectandum directis præsentem esse colore, nisi addit & genus tertium propriè ad hoc natura aptum, neque visus videbitur quicquid, neque videri colores poterit. Quidnam id esse dicis? Quod tu lumen vocas. Vera loqueris. Profecto visibilis ipsius vis, & videndi potentia iugo quodam aliorum omnium coniugationum maxime honorando iuncta sunt non exigua quadam specie, si modo contemendum sit. Quem potissimum deorum celestium huius causam putas, cuius lumen efficit, ut & visus noster quæ optimè cernat, & oculis obiecta cernantur? Quæ tu putas & alij. Nempe de sole interrogas. Ita verò ad hunc Deum se visus habet. Quomodo? Visus, sol non est, neque oculus cui inest visus, sol est. Non certe. Sed ex omnibus sensuum organum id maxime solis particeps. Multum sanè. Nonne & vim quam habet, ex sole infusam feruat? Proflus. Quænam illi, visus non est. Causa verò ipsius quæ sit, ab eo prospicitur. Sic planè. Hinc me vocare boni filium dico, quem ipsum bonum in hac secum genuit cõparatione cõsimilem; ut quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea quæ intelliguntur, se habet, sic & iste in loco visibili ad visum se habeat, & ad ea quæ videntur. Quo pacto? Latius explica. Oculi portio, quoties non ad ea veruntur, quorum colores diurni fulgor illuminat ostenditque, sed ad illa quæ nocturnis radiis attinguntur, cæcutiunt hallucinanturque, & præ cæci esse videntur, ac si purus in illis visus non inest. Sic accidit. Quoties verò ad ea quæ sol illustrat, perspicue cernunt, illudemque ipsis in oculis esse visus apparet. Est ita. Sic & de animo cogita. Quando enim illi inhaeret in quo veritas & ipsum ens emicat, intelligit illud cognoscitque, & intellectum habere videtur. Sed cum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod videlicet generatur atque corrumpitur eius obduriat acies, opinioemque versat varias, ac mentis expertus esse videtur. Sic apparet. Illud igitur quod veritatem illis quæ intelliguntur præbet, & intelligenti vim ad intelligendum porrigit, boni ideam esse dico, scientiæ & veritatis, quæ per intellectum percipitur, causam. Cum verò adeo pulchra duo hæc sint, cognitio scilicet ac veritas, si bonum ipsum aliud quam ista & pulchrius æstimabis rectè putabis. Et quemadmodum lumen ac visum, solis speciem quandam habere existimare decet, solem verò ipsum esse nequaquam: ita cognitionem & veritatem, boni ipsius speciem habere quidem aliquam, esse verò ipsum, minime. Augustior enim est ipsius boni maiestas. Decus narras inæstimabile, si scientiam quidè & veritatem præbet, ipsum verò decore hæc superat: neque enim voluptatem ipsum esse dicis. Bona verba quælo. Atque ita planius eius imaginem cõtemplare. Quomodo? Solem videri dicis, ut arbitror, iis quæ videntur non modo quidem videri præbere potentiam, verè etiam generationem, augmentum, nutritionem: cum ipse tamè generatio non sit. Quo enim pacto? Atque ita dicis bonum iis quæ cognoscuntur dare, non modo ut cognoscantur, sed esse insuper, & essentia elargiri, cum ipsum essentia non sit, sed supra essentia dignitate ipsam & potentia superas. Tum & Glauco ridens, Ac deponit, inquit, mirabilis hic excessus. Huius certè tu causa es, qui me compulisti ad ea quæ mihi de hoc viderentur aperienda. Neque dum etiam desistas, sed absolue, præcipue solis cõparationem, siquid est

prætermisum. Atqui multa prætermittuntur. Ne minime quid omittas. Reor equidem multa præterea superfore, veruntamen quotcumque ad præsentem referri poterit, haud spontè dimittam. Ita precor. Cogita itaque inquit, quemadmodum dicimus, duo hæc esse, & unum quidem in genere locorum intelligibili regnare, alterum in visibili, nec sub cælo, inquit, videri te circa nomen decipere. Attamè species duas habeas, visibile scilicet & ipsum intelligibile. Habeo equidem. Perinde igitur ac si acciperis lineam in duas æquales secta portiones, & utranque rursus partem simili ratione diuiseris: ita nunc oblati tibi genus unum visibile, intelligibile alterum, in duo rursus secundum claritatem & obfcuritatem verumque distinguere. In genere quippe visibili portio una imagines cõtinebit. Voco autem imagines, primè ymbas. Deinde simulachra quæ in aquis apparènt, et quæ in corporibus densis, leuibus, lucidis, & omne quodcunque tale, si tenes. Teneo. Portio verò altera cõprehendit ea, quorum hæc similitudines quædam sunt, animalia videlicet quæ apud nos sunt, & plantas, & vniuersum fabricæ genus. Sic pono. An vis præterea secundum verum & non verum dicere genus hoc distinguere quemadmodum se habet quod opinio fingitur ad id quod scitè nascitur, ita simulachrum ad illud cuius est simile? Valde. Considera iterum intelligibilis sectionem. Quo pacto? Unum quidem ipsius genus est quod inquirimus, his verè velut imaginibus quæ prius diuisa sunt, cõpulsus ex positionibus non ad principium, sed ad finem procedere. Alterum verò, quod ex cogitat animus, ex suppositione procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus vtens quibus ad genus alterum uti solemus, sed in ipsis speciebus per ipsas progrediens. Haud satis quæ dicis intelligo. At enim facilius per hæc intelliges. Arbitror te non latere, quod qui circa geometriam & arithmetica & cetera generis eius versantur, supponunt quidè par & impar, & figuras ac tres species angulorum, & horum similia in argumentationibus singulis, & his positis tanquam cõlibet manifestis, ratione de his nullam exigendam putat. Atque hinc incipientes ad alia iam descendunt, & ad illud tandem perueniunt quod quæ rebant. Proflus id noui. Enimvero & illud nostri, quod & formis quæ in aspectu cadit videntur, de quibus illa verba faciunt: quæquam non ad eas mentè dirigunt, sed ad illa potius quod ista simulachra sunt, ad quadrangulum ipsum videlicet, ipsumque diametrum, non ad ea quæ scribunt. Et in aliis eodè modo, speciebus quidè hæc quas describunt figurantque, quarum & ymbæ sunt, & in aquis imagines, tanquam imaginibus quibusdã videntur, affectantes illa conspiciunt, quæ non aliter quam cogitatione percipiuntur. Vera loqueris. Hanc generis intelligibilis speciem supra dicebã, ad cuius inuestigationem cogitatio suppositionibus vtit, ad principium non euntem, vt potius qui supra suppositiones ascendere nequeat, vtaturque imaginibus his quæ ex inferioribus sunt ad superiorum similitudinè comparata, atque ita opinione cõceptæ distinctæque sunt, quasi ad illa perspicue cõferant. Intelligo equidem dici abs te quod in geometria & aliis eius germanis artibus fieri solet. Altera igitur intelligibilis partem ad illud referre me scito, quod ipsa ratio per demonstrandi facultatem attingit, dum suppositiones non pro principijs habet, sed reuera pro suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdã & adinuenit vtens, quousque ad illud quod non supponitur, ad princi-

pium videlicet veniens vnus rursus, ipsum attingat, & rursum adhæreat illis quæ principio habent, atque ita ad finem usque perueniat, nullo profus intelligibili vtens, sed ipsis speciebus, per ipsas, atque ad ipsas progrediens. Intelligo tandem, quamquam minime sufficiet ut cuperem. Videris enim mihi magnum opus proponere. Molis quidem differere, partem illam verè existitè & intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur, illa esse clarior quam ex illis scientijs quæ artes appellatur inuestigamus. In quibus pro principijs suppositiones habentur, & quasi ista cõsiderant, cogitatione cõguntur non sentibus inueniri. Quonia verò ad principium non ascendunt, sed ex suppositionibus indignant, intellectum circa hæc habere tibi nequaquam videntur, licet quæ principio intelligibilibus sint. Videris autè mihi geometricarum & similiarum rerum habitum cogitatione potius appellare quam intellectum, quasi cogitatio inter opinionem & intellectum medium teneat. Sufficiet admodum percipilli. Atque ad has quatuor proportionem, quatuor itidè animi affectiones accipe. Intelligentiam quidem ad supremum ipsum, ad secundum cogitationem, ad tertium fidem, ad postremum vero ad simulationem siue imaginationem. Hæc præterea inuicem alternerunt proportionis ordinem, vt ita hæc claritate participant, quemadmodum illa circa quæ sunt, veritatem. Intelligo equidem, & quod dicis admitto, & vt iubes ita dispono.

DIALOGVS
SEPTIMVS DE
IVSTO.

MARSILII FICINI
ARGVMENTVM.

Sapienter diuino ingenio præditi omne mētis studium à terrenis ad celestia, à mobilibus ad immobilia, ab his quæ sentiuntur, ad illa quæ supersententur pro virtutibus conuertuntur. Considerant siquæ mundi machinam & vnam esse, & inuicibiliter ordinatam, neque tamen ex seipsa posse consistere, cum ex diuersis componatur atque mutetur, merito cognouerit ab alio dependere: ab alio inquam vno, atque sapientissimo, qui & vnum conficiat opus ex multis, & id vnum vbi que ordinet sapienter, regat præterea & potenter, opus videlicet ingenis atque multiplex, motum quidem perpetuum, atque rapidissimum, non tamen aberrantem & reuolutum; ducat quoque benignissimè singula ad bonum mirifica tum commoditate & tum facilitate cõcurrentia. Quamobrem communi quadam conceptione Deum esse pariter consenserunt, vnum vnique vnique potentè & sapientem atque clementem: quem & terreni reges, verèque publicarum gubernatores pro viribus debent imitari. Post communem hanc de Deo conceptionem gemina rursus via ad Deum cooperitur planius atque propius proficisci per alteram quidem negando, per alteram referendo. Nam illa quid ipsum bonum, ad illud Deus non sit argumentantes, probauerunt neque esse quicquam ex his quæ capiuntur sensibus, neque ex his quæ mente compræhendantur, in hac autem & creaturas ad creatorem. & vniuersum creaturè referentem ad creaturam, ex cogitauerunt quæ ratione & reator singulari faciat atque perficiat, & creatura ad ipsum se referat, beneat, vel imitari, vel consequi possint. Itædem procedere philosophantur ingenia Plato noster & in Parmenide monstrat, libro superiore confirmat. Quod Diuynus quoque & Arcegius maxime comprobant. Proccedere inquam bonum; tum radii quodam ab initio menti semel infuso, tum accedente lumine diuinitus mentes assidue collustrat. At verò quid ipsum in se bonum sit, id est diuina substantia, quemadmodum & in Parmenide & hic ostendit, nemo per eummodi vias assequi potest, si solum per has illuc decursu peruenire, vni diuinum bonum ob solam benignitatem suam amatores suam propius accedat & propius luce format, & calore fauet, & postulate transformet mentem, tum demum cognoscens Deum cum ipsa iam facta sit Deus, quod quidem in epistolis quoque significat. Postquam verò